



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Regvla LXXI. Qui ad agendum admittitur, est ad axcipiendum multò magis
admittendus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

in altero locorum; veluti, Ingolstadii vel Monachii dabo vel solvam; semper electio est creditoris, ne si in altero loco conventus debitor ad alterum provocans, eludat semper creditorem, d.

§. Scavola. aliis. l. Non utique De eo quod certo loco: Quod & in pluribus iudiciis eiusdem debitoris incipiendum est, eadem ratione, per text. in l. fin. C. De iurisd. om. iud. Vide latius Iasonem ad l. Non utique.

REGULA LXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittendus.

Similis sententia extat in l. Invidiosus, §. 1, D. hoc eod. tit. Et in l. 1, §. quod autem ait Prætor D. De superbie. Et hinc est, maritus uxorem suam adulteram ad se rediuntem non recipit, per text. in cap. 4, Extr. De divor. Et quod si nunquam ab eo disgressa fuisset, agere posset maritus, ut ab ea separaretur, cap. 5, d. cit. De divor. Singulare est, in deposito, quod etiam depositarius rei depositæ dominus sit, ac proinde habeat actionem ad eam vindicandam, l. Officium 9. De rei vindicat. non tamen exceptione se rueri potest contra deponentem, sed ante omnia restituere tenetur depositum; idque ob bonam fidem, quæ uberior est in deposti-

to, l. penult. C. Depositæ. Idem est in re conductæ, cujus conductor præ tendit se esse dominum; nam neque hic exceptione dominii iuratur adversus locatorem, l. Si qui conductio 25, C. D. locato. Ratio est, quia conductor negando restitutionem locatori, censetur ei intervertere possessionem, quæ hæcenus apud locatorem remansit, l. Coloniarum, iuncta l. 1, §. si quis autem D. De vi & vi arm. At spoliatus possessione suâ, licet prædo, ante proprietatis quæstionem restituendus est, cap. in literis 5, Extr. De restit. spol. §. recuperanda Insitut. De infort. Hæc itaque cum singularia sint, hæc Reg. nostrâ non continentur.

REGULA LXXII.

Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum.

Huius regulæ supra meminimus: ad cap. Potest quis; ejusque usus latissime patet, etiam in delictis: Illi verò, inquit, Alexander III. qui non per se ipsos, sed eorum auctoritate vel mandato alii violenter injiciunt manus in Clericos ad Sedem Apostolicam sunt vitandæ: cum is committat verò, cujus auctoritate vel mandato delictum committi probatur. cap. Mulieris 6. sine Extr. De sent. excom. Adde Extr. in cap. ut fama, 35. §. fin. eod. tit. Et Ulpianus: Deiciisse, ait, etiam is videtur, qui mandavit vel iussit, ut aliquis deiceretur: parvi enim referre visum est, sius manibus quis deiciat, an verò per alium, l. 1, §. deieciisse D. De vi & vi arm. Idem Ulpianus: Non solum

autem in injuriarum tenetur, qui fecit injuriam; hoc est qui percussit, verum ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel qui curavit, ut cui mala pugno percuteretur, l. Non solum 11, D. De injur. Et Gordianus Imperator. Non ideo minus crimine, inquit, siue atrocium injuriarum iudicio tenetur is, qui in iustam accusationem incidit, quis dicit alium se huiusmodi facti mandatorem habuisse: namque hoc casu, præter principalem reum, mandatorem quoque ex sua persona conveniri posse ignotum non est, l. Non ideo 5, C. De accus. Quibus tamen casibus factis proptio opus est, nihil proficit, per alium fecisse, vide quæ supra diximus supra ad d. e. Potest quis.

REGULA LXXIII.

Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari.

Non dissentit Paulus in l. In ambiguis, §. 1, D. h. eod. tit. Exempla peti possunt ex c. Discretionem 8, ex c. penult. & c. ult. Extr. De eo qui consang. ux. Matrimonium enim legitime contractum non dissolvitur propter supervenientem af-

finitatem, jam ad. iurib. vel cognationem spiritua-lem, c. ex d. cognat. spirit. vel furorem, aut simile impedimentum, c. Et qui matrimonium cum cap. seg. xxxii quest. 7, l. Parens iuriso 8, D. De his qui iure sui vel al. iur. quamvis à principio matrimonium

Dddd 3

sub-